Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1723

Quelle:
Copyright:

Beate Marie virginis in Luna (Laun) in cauſa, quae inter ipſas et *quendam Paulum de Zinnbergh* coram *Abbate Monaſterij de Altouado* (Hohenfurt) *Pragen. dioc. Ordinis Cyſtercien.* verſatur. Dies XII. *Jan.* Teſtes *Frater Paulus Profeſſus Mon. ſancti Clementis* (O. P.) *Civit. Pragen. ſacre Theologie profeſſor*, *Vrbanus Ciuis Minoris Civit. Pragen. Johannes ſeruitor ipſius Monaſterij.* Notarius *Wenceslaus natus Wenceslai de noua pilzna*, cujus etiam Signum adpictum.

CCCCXXXVII.

942 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 384. 8. non una manu exaratus, et quondam noti Sacerdotis *Wenceslai Roſſii* continet ſequentia: I. Expoſitionem brevem *Symboli Apoſtolorum*, ſingulis Articulis adtributis ſingulis Apoſtolis, hoc initio: *Credo in deum patrem* &c. *Quod autem ſic confiteri deum patrem et credere tenemur, obligat nos dictum ipſius* &c.

II. *fol.* 5. p. 2. Expoſitionem orationis dominicae, cui praenotatum: *Magiſter Hus ſic ſcripſit in carcere.* Incipit: *Chriſtianus debet ſcire orare* &c. et habetur T. I. *Opp.* edit. 1715. p. 39. f. Quid, ſi praecedens Expoſitio pariter illius ſit?

III. *fol.* 6. p. 2. Obſervata quaedam *de Fide*, *de Dimiſſione Peccatorum*, *de Abrenuntiatione temporalium*, *de Antichriſto* &c. levis momenti, ſed ex *Huſſi* Scriptis, ut videtur, elicita.

IV. *fol.* 13. Narratio *bohemica* de Morte ejusdem, jam *Cod.* a nobis non uno relata.

V. *fol.* 26. p. 2. Expoſitio *Decalogi* incipiens: *Sequuntur X. Precepta.* Primo non eſt addita explicatio; itaque folium intercidiſſe puto. Explicatio ſecundi incipit: *Nota dupliciter peccamus contra preceptum iſtud. primo iurando mendaciter* &c.

VI. *fol.* 29. *De communione ſpirituali et ſacramentali integra ſub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.* Inſit: *Saluator noſter dominus ihesus noui teſtamenti inſtitutor* &c. Congeries locorum Scripturae et PP.

VII. *fol.* 41. *De Simonia.* Inſit: *Symonia eſt ſtudioſa voluntas emendi uel uendendi aliquid ſupernaturale* &c.

VIII. *fol.* 49. Sententiae variae ex *Auguſtino*, et *Dicta* ethica lecta ex Antiquis.

IX. *fol.* 59. Loca *Matthaei*, *Pauli*, *Thomae Aq. Cypriani* et *Gelaſii* ad probandam Calicis neceſſitatem rhythmis *bohemicis* reddita et jam *Cod.* praeced. indicata hoc initio:

Otazka nynie takowa byezi &c.

X.